



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1715. usque ad annum 1718

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1782**

**VD18 13322648**

§. 37. Salmanticensis Universitatis querelæ apud summum Pontificem  
contra iniquos rumores contra se disseminatos.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67649](#)

„clarissimos, atque illustrissimos Gal-  
 „liæ tuæ præfules, atque etiam ad Sæc. XVIII.  
A. C. 1716.  
 „Collegium Sorbonicum scripserimus,  
 „tum etiam eo ad te scribimus consi-  
 „lio, ut veritatis conscius omnino, cer-  
 „tiorque factus, nostræ huic Academiæ  
 „impositam indignissime calumniam ab  
 „omnium mentibus hominum tua au-  
 „thoritate expellas.,,

### §. XXXVII.

*Salmanticensis Universitatis querelæ  
 ad summum Pontificem contra  
 iniquos rumores contra se  
 disseminatos.*

Cum autem eadem Universitas per-  
 timesceret, ne insigni hac calum-  
 nia Romam delata summus Pontifex Temoignage  
 en faveur de  
 La Bull.  
 Unig. p. 298:  
 sinistram opinionem de hujus Acade-  
 miæ obfervantia, & erga S. Sedem ob-  
 sequio conciperet, hinc die decima  
 nona Augusti ad Clementem Papam  
 literas ab undecim Doctoribus subscri-  
 ptas hujus tenoris dedit:

*Beatissime Pater!*

„Quod constitutionem *Unigenitus* a  
 „Sanctitate tua die 10. Septembris su-  
 „perioris Anni 1713. opportunissime e-  
 „ditam, Salmanticensis quoque Acade-  
 „mia nostra suorum repudiaverit Theo-  
 „logo-

Sæc. XVIII. „logorum consensu, rumor est, qui in  
A.C. 1716 „totius Europæ hominum ora, atque  
„oculos studiose pariter, & malitiosos  
„a Novatoribus disseminatur. Atque  
„is quidem, quo insperatam magis, et  
„etiam nobis graviorem molestiam  
„tulit, & dolorem, ac nisi ad Sanctitatem  
„tis tuæ humanitatem hunc scribendam  
„aditum nobis patere facilem animam  
„verteremus, impetus iracundiæ fecerit  
„nos a consueta Academiæ hujus moderatione abduxisset. Quid mirum  
„Ea nobis Beatissime Pater, impotens  
„tur persona calumniæ, qua Hispania  
„quidem animis odiosior nulla; hujus  
„vero Salmanticensis Academiæ alumnis omnibus nulla unquam objecta est  
„execrabilior impostura: quippe  
„omnes, cum nihil antiquius habuerint, aut præstiterint diligentius, quam  
„ut Decreta, Constitutiones, nutusque  
„ipsos Apostolicæ Sedis observares  
„fidelissime, tum præcipue Sanctitatem  
„tuæ constitutionem *Unigenitus* uti jucundissimam, utilissimam, atque prædictissimam,  
„dendis, extinguendisque impiis Novatorum erroribus quam maxime necessariam, probaverunt, totaque suorum animorum veneratione amplexi sunt. Qui ergo fieri potuit, ut rectilimes simi nos pœnituerit consilii, a saniori excidetimus mente, levitatisque haud exigit.

„exiguæ nota, probabilissimam nos Sæc. XVIII.  
„omnes mutaverimus sententiam. Qui A.C. 1716,  
„rursus fieri potuit (nam id nobis alte  
„fixum hæret) Salmanticensem Aca-  
demiam, summorum Pontificum libe-  
ralitate erectam, auctam magnificen-  
tia, favore protectam, immemorem  
tandem sui ab ea discessisse observan-  
tia singulari, interrupta obedientia,  
fidelitate insigni, quibus perenni a suis  
primordiis successione Sedem Aposto-  
licam prosecuta est? qui tandem po-  
tuit accidere, id nos sceleris admisif-  
fe, hac solum de caussa, ut Novato-  
ribus faveamus, utque omni improbi-  
tate plenos homines imitemur, qui  
cum Reipublicæ Christianæ pacem  
omnem perturbant, tum pariter suis  
erroribus, Discordiis, dissensionibus  
que tunicam Christi inconsutilem, id  
est, Ecclesiam Dei foedissime dividunt,  
lacerant, proscindunt? Atque hæc vel  
objici quidem potuerunt Salmanti-  
censi Academiæ? Tui solum fastigii  
Majestas Beatissime Pater, efficit, ne  
in acerbissimos questus prorumpat in-  
dignatio nostra. Interea tam invisa  
atrocitas calumniæ haud exiguum  
nobis solatii fecit usuram, qui lucu-  
lentissimo, quod exhibuimus, divul-  
gavimusque per Europam veritatis  
testimonio, aperuimus, patefecimus,  
*Hist. Eccles.* Tom. LXIX. M , con-

Sæc. XVIII. „confirmavimus, quos jugiter erga  
A. C. 1716 „Sedem Apostolicam, Beatitudinem  
 „que tuam prætulimus animos, id est,  
 „omni obedientia, subjectione, obser-  
 „vantia, humilitate, venerationeque  
 „compositos, id enim habet optatissi-  
 „mum Salmanticensis Academia, quod  
 „cum incitato, avido, & ardentissimo  
 „flagrans studio, omnem amorem, in-  
 „dustriam, laborem, in exequendis Se-  
 „dis Apostolicæ, tuæque Beatitudinis  
 „præceptis, impendere: tum etiam  
 „ipsum sit apud omnes populos, urbes,  
 „Regna, totum denique terrarum orbum  
 „pervulgatum. Calumnientur proinde  
 „famamque & honorem nostrum con-  
 „vitiis, imposturis, injuriis divexent  
 „Novatores; ut vero ab hac nos cog-  
 „tatione, ab hac securissima mente, ab  
 „hoc fidelissimæ obedientiæ tramite di-  
 „vertamus, nunquam assequentur. Ad  
 „extremum oramus, Beatissime Pater,  
 „divinam Majestatem, ut lumine suo  
 „præsentissimo, atque auxilio sanctissi-  
 „mum imperium tuum defendat; ut  
 „multos, quod fidelissimi quique infi-  
 „nite precantur, in annos Ecclesiæ  
 „clavum modereris; ut omnibus turca-  
 „rum infensissimorum Christiani nomi-  
 „nis hostium copiis, terra, marique,  
 „feliciter superatis, maximorum te glo-  
 „ria triumphorum cumulet & exornet.

§. XXXVIII.